

ignoret, quod litteras dilectorum nostrorum | videlicet Henrici, Thymonis, Alberti, Henrici et Alberti fratrum dictorum Knuthonum omni suspicione carentes vidimus et legi fecimus tenoris | et continencie in hec verba: Nos Henricus, Thymo, Albertus et Henricus *usw.* (*oben No. 204*). Verum cum per dictos nostros fideles dilectos . . priorem ac eciam
 5 per fratres dicti conventus ut dictam donacionem ratificare nostris litteris dignemur ex-
 stiterit intime supplicatum, nos pietatis opera more illustrium predecessorum nostrorum
 inclite recordacionis ubilibet ampliare quantum fons et dator gracie inspiraverit nostre
 mentis intimis cupientes, ob ejusdem omnipotentis dei et precelse^{a)} genitricis sue [honorem]
 ac interventu dictorum fratrum, circa quorum contubernium speciales intrinsecus habe-
 10 mus affectus, dictam dictorum virgultorum donacionem ipsis fratribus per dictos nostros
 fideles Knuthones ut premittitur factam laudamus approbamus ratificamus et presentis
 scripti patrocinio confirmamus, renunciantes eciam nostro juri cuilibet, quod in dictis vir-
 gultis nobis aut nostris successoribus posset competere, et nichilominus quibuslibet juris
 subtilitatibus, que in dicte donacionis infirmacionem et prejudicium possent nobis aut
 15 nostris dictis successoribus in posterum suffragari. Porro siquidem decernimus irritum
 et inane quicquid post hanc donacionem fratribus eisdem factam contra ipsam attempta-
 tum est vel in antea contingeret attemptari. In cujus confirmacionis et ratificacionis
 premisse *donacionis testimonium presens scriptum dictis fratribus dedimus^{b)} nostri sigilli
 appensione valide roboratum. Testes vero hujus rei sunt nobilis vir Henricus advocatus
 20 junior de Plawen dictus Ruze avunculus noster dilectus nec non dilecti nostri fideles
 dominus Lud[ovicus] de Schenkenberg noster prothonotarius, Otho de Kotewicz noster
 marschalcus, Henricus de Byrkech noster advocatus in Lypzie milites et quam plures
 alii fide digni. Actum et datum Rochlicz anno domini m^o. ccc. xxix^o. vii^o. idus februarii.

206.

25 *Ritter Petrus genannt Porzk, Marschall Markgraf Friedrichs des Ernsthaften, genehmigt eine zwischen dem Kloster und Heinrich genannt Soyke Bürger zu Weißenfels in Betreff eines Stückes Buschholz bei Leipzig abgeschlossene Uebereinkunft und verzichtet auf jeden ihm an demselben zustehenden Rechtsanspruch.*
 Pforta, 1336 März 5.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2724. — Das S. an Pergamentstr.; Wappen: drei Pferde.

30 *Ann.: Vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 8, No. 33 und unten No. 208.*

Notum sit universis hanc litteram inspecturis, quod ego Petrus miles dictus | Porzk
 marschalcus illustris principis domini Friderici marchionis Misnensis | et lantgravii Thu-
 r[ingie] tenore presencium publice recognosco et protestor, quod | convencionem et con-
 tractum inter fratres predicatores domus Lipzensis parte ex una et Heinricum dictum
 35 Soyke civem in Wizenuels parte ex altera super rubetis seu virgultis prope civitatem
 Lipensem, que hucusque a me in feodo tenuit, ob remuneracionem eternam approbo
 ratifico benevole et admitto, renunctio eciam cuilibet juri meo quod in dictis virgultis mihi

205. a) precelle. b) donacionis presens scriptum dictis fratribus dedimus testimonium.